

Inhalt: Erlaß der Diöcesanbehörde. — Breve des hl. Vaters in Sachen der formlosen Ehen. — Die Verordnungen der Bischöflich-Ermländischen Diöcesanbehörden von 1811—1891. — Der Statusbericht des Fürstbischofs Stephan Wyszga vom Jahre 1669. — Das Weihwasser und die sonntägliche Asperision (Fortsetzung). — Zwei Briefe von Liedemann Giese. — Zum Patronatsrecht. — Diöcesan-Nachrichten. — Literarisches. — Anzeigen.

Erlaß der Diöcesanbehörde.

Die Sommerferien der bischöflichen Behörden betr.

Die diesjährigen Sommerferien der bischöflichen Behörden werden hierdurch vom 1. bis 22. August festgesetzt. Während dieser Zeit werden nur die schleunigen, d. i. keinen Aufschub duldenden Sachen erledigt, und ersuchen wir daher die Hochwürdigste Geistlichkeit sowie die Kirchenvorstände, hierauf zu rücksichtigen, etwaige nothwendige Eingaben aber durch den Vermerk „Ferien-sache“ zu kennzeichnen.

Frauenburg, den 18. Juni 1892.

Bischöflich-Ermländisches General-Vicariat.
Kolberg.

Breve des hl. Vaters in Sachen der formlosen Ehen.

Leo PP. XIII.

ad perpetuam rei memoriam.

Consensus mutuus, unde matrimonia justa nascuntur, non verbis dumtaxat sed aliis quoque signis exterioribus patefieri ac declarari potest. Quamobrem Alexander III¹⁾, Innocentius III²⁾, et Gregorius IX³⁾, decessores Nostri, merito decreverunt ut carnalis copula, si sponsalia de futuro certa ac valida praecessissent, cum in iudicio tum extra iudicium pro vero conjugio haberetur, nisi impedimentum canonicum obstitisset. Et in hac juris praesumptione tantum roboris inesse voluerunt, ut firmum ipsa statueret sanciretque jus nec probationem contrariam ullam admitteret. Deinde vero matrimonia clandestina, id est non praesente Parocho et duobus tribusve testibus inita, quum Con-

cilium Tridentinum⁴⁾ irrita infectaque esse jussisset, jus illud priscum, ut erat necesse, valere desiit, ubicumque promulgata vel moribus usuque recepta Tridentina lex. Quibus autem illa locis non viget, in iis semper Apostolicae Sedis iudicium fuit, canones, quos indicavimus, ratos atque firmos permansisse. Sed aetatum decursu ex conscientia et cognitione christianorum sensim effluxere. Plures enim Episcopi ex iis regionibus, in quibus matrimonia clandestina contra fas quidem inita, sed tamen valida iudicantur, haud ita pridem rogati, quid populus ea de re sentire videretur, plane retulerunt, canonicam de conjugii praesumptis disciplinam passim exolevisse desuetudine atque oblivione deletam: propterea vix aut ne vix quidem contingere ut copula inter sponso affectu maritali nec fornicario habeatur: eamque non matrimonii legitimum sed fornicationis peccatum communi hominum opinione existimari: imo vix persuaderi populo posse, sponsalia de futuro per conjunctionem carnalem in matrimonium transire.

His igitur rebus et causis, de consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium in rebus fidei Inquisitorum generalium, supra memoratos canones et alias quascumque juris canonici ea de re dispositiones, etiam speciali mentione dignas, per hoc Decretum Nostrum abrogamus et abolemus, et pro abolitis et abrogatis, ac si nunquam prodissent, haberi volumus.

Simul per has litteras Nostras decernimus ac mandamus, ut deinceps illis in locis, in quibus conjugia clandestina pro validis habentur, a quibusvis iudicibus ecclesiasticis, in quorum foro causas eiusmodi matrimoniales agitari et iudicari contigerit, copula carnalis sponsalibus superveniens non amplius ex juris praesumptione conjugalis contractus censeatur, nec pro legitimo matrimonio agnoscatu seu declaretur. Hujus tamen auctoritate Decreti induci nolumus necessitatem formae Tridentinae

1) Cap. *Veniens*, de Sponsal.

2) Cap. *Tua nos*, eodem tit.

3) Cap. *Is qui fidem*, eodem tit.

4) Sess. XXIV. Cap. 1 de Reform. matrim.

servandae ad matrimonii validitatem ubi illa forma modo non viget.⁵⁾

Datum Romae apud S. Petrum die 15. Februarii MDCCCLXXXII, Pontificatus Nostri anno decimo quarto.
Leo PP. XIII.

Die Verordnungen der Bischöflich-Ermländischen Diöcesanbehörden von 1811—1891,

die sich in den bisherigen Jahrgängen unseres Pastoralblattes zerstreut, theils im Wortlaut, theils inhaltlich in Regestenform mitgetheilt finden, sind kürzlich in alphabetischer Ordnung zusammengestellt worden, um dadurch ihre Benutzung für die Zwecke der praktischen Seelsorger unserer Diöcese zu erleichtern und zu fördern*). Ueber die Anlage und Einrichtung seines Büchleins spricht sich der Herausgeber in der vom 25. December 1891 datirten Vorrede in folgender Weise aus:

„Vor dem 1. Januar 1869 hatte unsere Diöcese kein Pastoralblatt. Die Erlasse und Verordnungen des Bischöflich-Ermländischen Ordinariats sollten copirt, resp. excerpirt werden, um dann als Abschrift zc. im Liber processuum bei den Pfarren zu verbleiben. Aber was war geschehen? „Wenn auch die Herren Geistlichen verpflichtet gewesen sind, durch Copiren der im Laufe der Zeit vom Ordinariate herausgegebenen Verordnungen, Rundschreiben zc. sich selbst sozusagen einen Codex des ermländischen Diöcesanbrauches und Rechtes anzulegen, so hat doch die Erfahrung die Unzulässigkeit dieses Weges zur Genüge dargethan: fast überall sind dergleichen Sammlungen unvollständig geblieben und daneben durch vielfache Copirfehler entstellt worden“. Bisch. Erlaß vom 12. Nov. 1868 (Past.-Bl. 1869, 7).

„Genanntem Uebelstande ist seit dem Erscheinen des Pastoralblattes abgeholfen. In diesem sind die seit dem 18. Mai 1868 erlassenen Verordnungen der geistlichen Behörde „in erschöpfender Vollständigkeit“ mitgetheilt und nach Bischöflicher Anordnung v. 6. Febr. 1869 ist in jeder Pfarrei ein Exemplar des Pastoralblattes aufzubewahren. Ueberdies sind in den Jahrgängen 1872

⁵⁾ Während es also bisher allgemeine Doctrin war, daß wo das tridentinische Decret Tametsi (sess. XXVI. C. 1.) nicht verkündet worden, der vortridentinische Grundsatz gelte, der Consens der Brautleute genüge zur Eingehung der Ehe und daß somit das Eheverlöbniß durch die darauf folgende copula propter praesumptionem juris de consensu praestito ohne Weiteres in eine wirkliche Ehe übergehe, ist nunmehr durch obiges Decret ausdrücklich bestimmt, daß diese Schlußfolgerung fortan nicht mehr zu gelten habe.

*) Verordnungen des Bischöflich-Ermländischen Ordinariats von 1811—1891 mit Berücksichtigung anderer amtlicher Verordnungen und Mittheilungen, besonders des Pastoralblattes für die Diöcese Ermland von 1869—1891 in alphabetischer Zusammenstellung, herausgegeben von Dr. A. Fuhg, Religionslehrer am Königl. Lehrerseminar zu Braunsberg. Mit oberhirtlicher Druckgenehmigung. 19 Bogen, Großoctav. Fr. 4.20. Fuhg's Buch- u. Verlagshdlg. (Emil Bender) Braunsberg. 1892.

§. 101 zc. und 73 §. 110 zc. Jahreszahl, Monatstag und Inhaltsangabe der Erlasse von 1811 bis 18. Mai 1868 angegeben. Dieses Regestenverzeichnis findet seine Fortsetzung auf §. 4 zc. des Jahrganges 1887 und ist in dem Sachregister sub lit. E der Jahrgänge 1887/8 und 1889/90 bis 1890 einschließlic fortgeführt.

Nach Vorstehendem befindet sich jedes Pfarrarchiv in dem Besitze eines authentischen und (bis auf geschriebene Circularverfügungen) vollständigen Textes der Verordnungen seit 18. Mai 1868. Letztere jedoch kommen in den 23 Jahrgängen des Pastoralblattes zerstreut vor und es hält trotz der Regestenverzeichnisse schwer, eine gesuchte Verordnung schnell aufzufinden. Diesen Mangel nun will vorliegende Arbeit beseitigen helfen. Durch das Sachregister will dieselbe das Auffinden erleichtern. Die zu derselben Materie gehörigen Verordnungen sind in der alphabetischen Zusammenstellung einander nahegerückt und, um das Volumen möglichst einzuengen, in längere oder kürzere Excerpte gebracht. Jeder Inhaltswiedergabe sind einerseits verfügende Behörde und Datum der Verfügung, andererseits Jahrgang und Seite des Pastoralblattes beigelegt. Hierdurch soll Gelegenheit geboten werden, ohne viel Zeitverlust die bezügliche Verordnung im Original selbst einsehen zu können, denn dieses Büchlein entbehrt jedes amtlichen Charakters.

Weil ferner vorliegende Schrift vorwiegend praktischen Zwecken dienen soll, sind alle Erlasse zc., welche bereits ihre Erledigung gefunden haben, hier nicht aufgenommen. Dahin gehören z. B. die Prüfungsgegenstände für das Cura-Examen; Themata für Pastoralconferenzen; Ferienangabe der Bischöflichen Curie zc. — Dagegen die Aufmerksamkeit auf andere Schätze, welche im Pastoralblatt in 23 Jahren aufgesammelt sind, bei dieser Gelegenheit hinzulenken, lag zu nahe. Es ist deshalb hingewiesen auf Päpstliche Schreiben zc. und Congregations-Entscheidungen, welche von Ordinariatswegen nicht besonders publicirt sind. Unter dem Strich werden bezügliche Artikel und Arbeiten im Pastoralblatt namhaft gemacht.“

Hienach wird die sehr sorgfältige Arbeit des nunmehrigen Erzpriesters von Heilsberg sicherlich allen Priestern der Diöcese Ermland recht erwünscht kommen, von ihnen fleißig gekauft und im praktischen Leben oft und mit Nutzen und Erfolg gebraucht werden, da sie die meisten Materien unseres z. B. geltenden Diöcesanrechtes umfaßt und übersichtlich ordnet. Ein vollständiges Handbuch des ermländischen Diöcesanrechtes kann und will damit freilich noch nicht geboten werden, da sich die gegebenen Auszüge auf die Verordnungen der letzten 80 Jahre beziehen, diese aber in den früheren, während eines Zeitraums von mehr als 500 Jahren (1243—1811) erlassenen Diöcesangesezen ihre Erklärung und Ergänzung finden. Es wird daher eine wesentliche Aufgabe zunächst unseres Pastoralblattes sein, in den folgenden Jahrgängen die älteren, während eines halben Jahrtausends theils auf Synoden, theils durch Circulare erlassenen Diöcesangeseze entweder im vollständigen

Wortlaute oder in ausführlicher Regestenform mitzutheilen, damit auf dem Fundamente dieser nothwendigen Vorarbeiten die vollständige Geschichte und die systematische Darstellung des ermländischen Diöcesanrechts ihre Bearbeitung finden könne. Die einzelnen Abhandlungen unseres Blattes aber werden nach wie vor die jeweilig durch das Zeitinteresse nahe gelegten Materien des Diöcesanrechts und der Diöcesangeschichte, im Anschluß an das allgemeine Recht und die Geschichte der Kirche, im Zusammenhange darstellen und so gehalten sein müssen, daß sie auf die unter unsern örtlichen Diöcesanverhältnissen erspriessliche praktische Durchführbarkeit besondere Rücksicht nehmen.

Der Statusbericht des Fürstbischofs Stephan Wydźga vom Jahre 1669. *)

Status Dioecesis, per Stephanum Wydźga, Episcopum Varmiensem, ad Summum Pontificem historice descriptus anno 1669.

Sextus nunc fluit annus a propitio illo et inter faustos isti Provinciae numerando die, quo Fraumburgensis Ecclesia Cathedralis summa mea sollicitudine e potestate Calvinistici Domini in libertatem asserta. Canonorum qua in Curis suis residentia, qua in Choro praesentia Divinisque Officiis frequentari coepit. Repositi in suo quisque gradu majores, medii infimique Ecclesiae ministri: restituti post longa et tristia Dei laudum silentia Choro Psalmodia, Aris Sacerdotes, Pulpitis Sacri Oratores, Sacris Tribunalibus Judices; Verbo: Pax templo pacisque appendices: nitor et pietas postliminio rediere durantque in praesentem diem illibata ullo turbine malo constantia.

Ceterum ipsa Basilica Cathedralis e lapide coctili, cis Baltici Maris sinum, aequali dorso editi collis imposita est. Unde illi praeter senas turres, quibus alioqui satis in auras surgit, aucta non leviter altitudo, venientibus aliunde procul conspicua. Porro Basilicae aream circumplectitur solidus murus et adhuc annos laturus, intra cujus gremium praeter Canonorum quaternas, binasque presbyterum Ecclesiae servientium aedes ac grandiosem turrim, quae in formam portae inferius aperta, campanas superne sustinet; continetur item Episcopalis Curia, quam casibus et annis pene prostratam solisque parietum juncturis aegre cohaerentem ad primaevam structurae dignitatem ac speciem refici curavi, ut opportunum tum mihi, tum post me deinceps hospitaturis Episcopis rursus diversorium instruerem, quod injuria temporum et incuria hominum suis in rudibus sepultum jacebat.

Jam vero extra pomerium sitae sunt reliquae Canonorum Curiae, fossa a moenibus ac subleicio ponte aliquantum ab Ecclesia disseptae. Quae superiore bello per Brandenburgicos milites fuerant ita corruptae, ut praeter muros, et eos quidem ipsos quam plurimum dirutos ac convulsos, restaret nihil. Sed exhausto nuper isthinc Brandenburgicorum praesidio, pene jam omnes e suis rudibus extumulatae, pleraeque autem majori etiam, quam olim ante ruinam steterant, magnificentia surrexerunt; adeo non heroes tantum sed et parietes e calamitatibus ut a cunis surgunt.

Enimvero Varmiensis Episcopatus ea prae ceteris totius Poloniae Cathedralis eminet praerogativa, quod ab ipsis erectionis suae primordiis, nullius Metropolitanorum fastigio subjectus, soloque tantum eorum in Senatu subsello minor, in unius Sanctae Sedis sinu conquiescit. Collegium Canonorum sex supra decem componunt Canonici, Praelati quatuor, Praepositus nimirum, Decanus, Custos et Cantor; horum si quis una Canonicatum non obtineat, locum quidem honoris in stallo pro gradu Praelaturae possidet, sed nec in Capitulo vocem, nec in sortitione partem eorum fructuum percipit, qui ex Collegii patrimonio in commune collecti statis anni temporibus inter Canonicos pro rata residentiae dividuntur. Omnia vero haec sacerdotia cum praefecturis, excepta Praepositi Dignitate, quam Leo X Regibus Poloniae permisit, alternis mensibus, nunc Sanctae Sedis collationi nunc electioni Capitulari obnoxia sunt, in qua Episcopus unico tantum suffragio gaudet. Pro commodo Ecclesiae et Episcopi adminiculo de indulgentia Sanctae Sedis habere potest Suffraganeum Episcopum, qui quidem hactenus, latis huc ab usque Africa ex Hippone Infulis, Hipponensis dicebatur; sed nunc, a decessu Reumi olim Pilchowicz immediati Suffraganei, laborem hunc subit non gravatim Reumus Episcopus Chioviensis, vir per omnia Virtuti similis, sortitus animum quam capacem honorum tam fugacem quosque solis ambiret meritis. Is, sponsa adhuc sua Ecclesia apud hostes captiva, penes Varmiensem Ecclesiam, in qua Praepositi dignitatem dignissime sustinet, ordinarie residet: meque in functionibus Episcopalibus coadjuvat, Operarius certus, quo meliorem desiderare frustra, et ideo hunc durare perpetuum votum esset, nisi quod sperare pronum est, fortuna tandem cum virtute redeunte in gratiam, vel sua ipsum a Nobis Cathedra repetat, vel excelsior alterius Ecclesiae gradus, meritis ejus ita poscentibus, altius evehat. Post hos ceu Ecclesiae primores sunt praeterea classium inferiorum sacerdotes, Concionator nempe Poenitentiarisque stabiles, tum Vicarii, Altaristae et Ministri laici in choro et cantu stipendia sua merentes: primi duo servitii pretium ab Episcopis accipiunt, Choralistae Canonorum mensa sustentantur, ceteris singulari fundatione antiquitus

*) Aus dem bischöfl. Archiv zu Frauenburg No. C. 21. fol. 27.

provisum, atque adeo seu externa Ecclesiae majestas, seu divini cultus peragendi ratio spectetur, rite atque ordine omnia comparata sunt. — Cathedrali Ecclesiae adjecta est unica Collegiata de liberali fundatione Episcoporum Varmiensium nacta sedem in oppido Episcopali Gudtstad; constat Canonicis quinque, Praelatis duobus, nempe Praeposito et Decano; Praeposito Collegii, Decano Parochiae cura incumbit. Porro viritim omnes, qua Praelati qua Canonici, ad Ecclesiam perpetuo residentes ex veteri disciplina et ad normam sacrorum Canonum, horas canonicas quotidie decantant, divinaque officia obeunt. Intra separatam prope Ecclesiam pomerium velut claustro clausi habitant, communi utuntur mensa, et quidquid proventuum ex bonis communiter administratis superest, aequaliter inter se partiuntur. Olim praeter Praelatos quinque Canonicos residebant, nunc imminutis per bella proventibus tres dumtaxat, universim autem quinque resident. Interim titulares Canonici quinarium numerum conservant, expectantes residentibus accenseri, ita ut prout quisque prior albo Canonicorum adscriptus est, ita residentium quopiam mortuo aut cedente in vacuum locum succedit, literis Cridae vocatus. Ecclesiae contigua est domus Episcopalis jam sane percommoda satisque ampla et conspicua. Hanc annorum rubigine plane corrosam ac ipsa solitudine fatiscentem, nunc impensis meis suo nitore restituo, vetustatem venustate corrigo, paucos intra menses Deo favente finem operi impositurus.

Tota vero Diocesis distributa est in unam et octoginta Parochias, decem Archipresbyteris subjectas: quorum partes sunt in functionem vitam et mores Parochorum intendere, tum, si quid emendatione aut coercitione dignumprehenderit, ad Episcopum mox deferre, ac semel minimum in anno Parochos curae suae adscriptos data opera visitare. Numerabatur inter Archipresbyterales Ecclesia quoque parochialis Regia in Civitate Elbingensi, sacerdotiorum numero ac divinorum Officiorum frequens, antequam in haereticorum devenisset manus, cum paucis conferenda; sero tandem maximis dimicationibus et periculis vindicata, nunc interverso patrimonio et piis foundationibus aegre parochum cum uno vicario alit. Ceterum pristini Juris eas adhuc retinet reliquias, ut cives Elbingenses, Romanae Ecclesiae ceteroquin contumaces, in causis tamen matrimonialibus Episcopum iudicem ferant. Cujus juris conservationi in perpetuum consultum volens, Officialem, qui antea in dicta Civitate non erat, ibidem constitui, cum potestate decendi juris, cui se Lutherani prompte subiciunt decretisque parent. His demum veluti jam grandibus natu filiabus anno duodecimo supra millesimum sexcentimum ad pastorem Episcopi Varmiensis curam recentior partus accessit Ecclesia Regiomontana, a Joanne Sigismundo Electore Brandenburgico vi pactorum cum Divo Sigismundo III. Po-

loniae et Sueciae Rege initorum, ex latere cocto a fundamentis erecta, verum exigua dote provisa: ex qua nihilominus Capellanus, Ludimagister et Organi Chorique moderator sua singuli stipendia poscerent. Sed opportune ante quindecim circiter annos magna parte tum curarum circa animas tum impensarum, quibus Capellanus alendus erat, levarent Parochum loci tres de Societate Jesu sacerdotes, ex Collegio Brunsbergensi velut a matrice arbore rami avulsi illique Ecclesiae insiti, qui firma hactenus statione, titulo Missionis illic residentes, avitae Religionis tuendae studio, adversus haeresum impetus semper quasi pro vallo stant. Praeter Ecclesias proxime recensitas celebres sunt in Episcopatu Varmiensi ternae sacrae aedes, antiqua Magnae Matris religione nec non singularibus ejus gratiis famosae. Harum caput et apex est Capella, cui a tilia nomen — Lindensem vulgus vocitat — ob expertum ibi plurimis documentis praesens Advocatae Nostrae numen et coelestem opem magno populi etiam e remotioribus locis confluxu e singulari devotione adiri solita, quodque mirari fas est, non in Catholicos dumtaxat ceu domesticos sed et in Lutheranos quamquam extraneos beneficia sua Domina dispensante. Olim dicta Capella fuerat in possessione Venerabilis Capituli Varmiensis, sed benigna voluntate Canonicorum, ratam habente donationem SS^{mo} D. Urbano VIII, cum suis agris fundis proprietate et usu fructu omni transiit in ditionem et curam Patrum Soc. Jesu in oppido Episcopali Rössel tunc primum novi Collegii rudimenta molientium, sic nimirum toto utili eis concessio, ut tamen penes Capitulum directum loci fundique remaneret dominium, imposito praeterea tanquam Vasallis in recognitionem domini, sed solo dumtaxat gratiae memoriae perpetuo vectigali.

Huic proxime succedit Sacellum Springbornense sub Titulo Beatae Mariae de Pace, cujus administratio custodiaque penes Fratres Minores S. Francisci de Observantia nunc est. Quibus (cum antea lignea domo eaque perangusta tegerentur) ut majore deinceps et commoditate et numero habitarent, bene capax e lapide cocto aedificium poni curavi, monumentum meae in Dei Matrem pietatis.

Tertia demum est aedifica Crossensis, crebris itidem miraculis clara, Archipresbytero Vormditiensi in Spiritualibus subjecta, cum alioquin in fundo Nobilis possessoris sita sit.

Sed neque Regularium coetus, sub claustrorum umbra mundo absconditi, in hac Episcopatu desiderantur. Est inprimis antiquissimum Wartemburgi Coenobium Venerabilium Fratrum Ordinis S. Francisci de Observantia, quod iniquitate temporum collapsum (nam clausi quoque defecerant) et solis parietinarum reliquiis aegre jam sibi superstes, Cardinalis Bathoreus, virtutum magis quam annorum emeritus Princeps, denuo restituit Religiososque habitare rursus animavit, assignatis etiam vitae necessariis ali-

mentis, quae successores quoque Episcopi liberaliter suppeditare non desinunt. Extant item duo Collegia Patrum Societatis Jesu: alterum Brunsbergae a Cardinali Hosio fundatum, alterum Rösselii a Serenissimo olim Poloniae Sueciaeque Principe Joanne Alberto Episcopo fundari coeptum, sed a Serenissimo postea Joanne Casimiro ad Polonicum Thronum evecto penitus absolutum. Utrumque regulari observantia virisque praeferendae gloriae Dei studiosissimis floret, quibus ita cordi sua salus est, ut eam ab aliena salute disjunctam esse nolint: contra sanae Religionis corruptores in ipsis haeresum ostiis collocatum praesidium, quos a Dioecesi velut lupus ab ovili Christi cordate prohibent et arcant. Sed enim Brunsbergense Collegium ea laude antestat alteri, quod praeter politioem literaturam severiores quoque disciplinas, Philosophiae scilicet omnigenaeque Theologiae: Scholasticae Positivae, Controversae et ejus quae de moribus est et in qua bonus sacerdos discitur, magno Dioecesis emolumento profitetur: addito insuper Sacrae Graecaeque linguae magisterio. Sub ejusdem Collegii disciplina Gregorii XIII Pontificis Maximi et Seminarii Dioecisani, quod jam pluribus annis bello Suetico et Brandeburgico extinctum erat, tandem in anno 1666 mea sollicitudine resumptum, alumni educantur: futuri deinde, ubi in virtute literisque adoleverint, propagines per tres Dioeceses, finibus et linguae commercio sibi conjunctas, utiliter spargendae. Caenobia hic Monialium nulla. Sunt tamen quatuor Conventus Virginum, quae nullo solenni voto devinctae juxta institutum suum, olim a Cardinali Commendone confirmatum, ita pie ac religiose Deo serviunt, ut eis ad nomen Religiosarum nihil nisi solus Sanctae Sedis calculus desit. Tametsi enim neque rigida clausura custodiantur neque a consuetudine saecularium omnino se subducant, ea nihilominus pudicitiae puriorisque vitae constanti semper fama claruerunt, ut, quod Hieronymus de quopiam scripsit, ne levem quidem obsceni rumoris in se fabulam hactenus dederint. Habent vero etiam illae pro sustentatione suam ab Episcopis portionem, cetera labore manuum suarum procurant.

Scholae triviales et Hospitalia in omnibus Civitatibus, etiam pagis compluribus extant. Sodalitates praeterea S. Annae et SS. Rosarii in aliquot locis vigent. Sed quae palmam obtinet et quasi primae classis, est tota Dioecesi erga SS. Sacramentum fervens constansque devotio, cujus promovendae gratia, in quavis Archipresbyterali Ecclesia singulis diebus Jovis, cum expositione ejusdem Venerabilis Sacramenti, Missa Votiva solemniter decantatur. Singulariter tamen ista pietas floret in Bisteinensi et Glottoviensi Parochialibus Ecclesiis, in quibus praepotens Deus miraculorum testimonio corporati sui filii sub involucris panis praesentiam comprobavit. Floret quoque celebris tota Dioecesis erga animas Christi fidelium defunctorum

charitas, dum in quolibet Archipresbyteratu adest Confraternitas Sacerdotum, ad quam utriusque sexus homines adscripti statutis anni temporibus confluunt et una cum presbyteris Christo immolantibus suffragantur pie defunctis Confratribus. Caeterum populus ipse, e coloniis ex Germania olim deductis originem trahens, majori ex parte auctorum suorum legibus, institutis, moribus, et lingua utitur: Fidei Romano-Catholicae constanter tenax, cum Episcoporum vigilantia, tum sanctitate legum, quibus cautum est, ne cui haereticorum Jure domicilii, tanto minus Civitatis aut Ordinis seu Contubernii cunjuspiam, in Episcopatu frui liceat. Nimirum praepedita corruptarum partium accessione provisum insimul sano corpori fuit, ne vitium a vicinia traheret. Et sane observatum est hoc Juris remedio, uti multos advenas ejurata haeresi veram Religionem accepisse, ita ex inquilinis et incolis olim fidelibus (quantum traditione majorum privataque memoria reminisci licuit) vix liquet ullum a fide semel suscepta transfugam et desertorem exitisse. Quod cum in aliis tum speciatim in Brunsbergensibus incolis nuperrime patuit, nam tametsi septem continuis circiter annis sub jugo Calvinistico gement, gravissimisque contributionibus exhaurirentur, ne unus tamen inventus est, qui se Calvinismo aut Lutheranismo contaminasset, sane non ad exemplar eorum, qui se ad mores et Religionem Magistratum, quibus vel necessitate vel voluntate parent, acicera aut lutum essent, refingi sinunt, et pro mobilitate ingenii tam facile fidem quam vestem mutant. Sub extremum narrationis hujus libet adhuc ad solatium Sanctitatis Vestrae de Clero quoque Varmiensi (quamquam id obiter) non oratoria sed historica fide narrare. Clerus Dioecesis Varmiensis rerum inprimis divinarum scientia, qualis per sacros canones severe sancitur, non perfunctorie tinctus, sed imbutus. Nullus ad Sacrorum tractationem admittitur, qui non scholasticae vel moralis minimum Theologiae disciplinis excultus, et sicubi, certe hic ille a Gratiano relatus Canon in usu est, quo illiterati non minus quam corpore vitiati a cleri collegio arcantur. Nam si, ceu rectissime ab Juris Consulto dictum, probamus: illiteratum advocatum esse non posse, nec subtiles causas esse permittendas grossis Doctoribus: qua fronte Sacerdos imperitus, patrocinium Orbis terrarum, tot capitum causam, tot animarum negotia in caput suum recipiet? Alterum est morum integritas, literata virtus et docta sanctitas, quasi manus dextra sacerdotis in sequelam Christi populum trahere meditantis. Ab hujus tenore propositoque ne improvisus quidem ille belli Suetici turbo, qui Varmiensem Ecclesiam nuper concusserat, quemquam ex Clero transversum egit: fortunis potius omnibus ipsaque vita ab haereticis exui certos, quam Religione et innocentia. Nullus proinde funesti illius belli tempestate ab Ecclesia sua Parochus eo nomine discessit: nullus sacrorum sacra-

mentorūque curam deposuit: omnes pro creditis sibi ovibus obstinati pulchra morte defungi, quam iis ereptis aut (quod si deserentur pronum erat) ab ovili transfugis, vecores vivere. Quamquam vero in paucorum quorundam mores ex continenti cum armata tunc haeresi consuetudine nonnulla contagio vitae exlegis irrepserat (ut fere in bellorum aestu, magis quam jacente mari alcyones, vitia nidulantur) tamen post Martis nubila, redeunte postea pacis sereno, non difficulter depulsa est, nondum scilicet per assuetudinem corroborata, quae per incautam fragilitatem paucos illos corripuerat, co-ruptela; atque sic statim a meo in Cathedram ascensu pro reformatione Cleri, a quo velut a capite in subjecta membra vigor omnis descendit, Domino cooperante, non omni modo succus et sanguis, sed color etiam et species pristina sacerdotio restituta.

Habitant autem parochi penes suas Ecclesias aedibus decenter constructis, a domestica turba cubilibus dirempti. Tempa quae procurant intus et foris nitida, picturis divorumque simulacris ornata, sacris utensilibus pleraque vestiaria non ad necessitatem dumtaxat sed ad elegantiam quoque et oculorum voluptatem instructa. Ipsi modico cultu, sordes inter et luxum medio et qualem suaserat Bernardus, habitu nec nimium pretioso, nec multum vili, sed et moderato et competenti. Ceterum in civilibus eorum virtutibus principatum et apicem hospitalitas tenet, qua se in hospites praesertim religiosos et peregrinos benignissime profundunt, promptissimi — quod in Abrahamo laudavit Chrysológus — et hospitibus domus et peregrinis patria fieri.

Atque hoc est, Beatissime Pater, breve summarium earum rerum, quas ego pro debito mei muneris a Sanctitate Vestra recognosci debere judicavi, quarum ipsemet vel autor vel promotor fui, quaeque bene feliciterque vel secus altero isto quinquennio in Dioecesi mea, tum irato tum propitio Deo, gesta vel geri permissa. Veridicus enim esse et non reticere bona debui, quoad Sanctitatem Vestram sua quoque eaque prima communis gaudii portio perveniret, nec ea, quae jam praeterire, transilire mala; quia naturale cuique est, mali sui sine gaudere. Fateri quidem necessum habeo, Dioecesim hanc nostram ceteris, quae in hoc Regno longe se porrigunt lateque ad multos locorum sinus explicant, minorem esse, sed sub benignissimo Sanctitatis Vestrae patrocinio et tuta et decora nobis est parvitas Nostra illudque Magni Antistitis Nazianzeni jam liceat usurpare: „Angusta mihi caula, sed quae lupis non pateat, sed quae latronem non admittat nec a furibus et exteris transcendat, grex mihi exiguus, sed jam praecipitia non fertur.“ Orat. 25. Quod reliquum est ut devotus Minister Tuae Sanctitati, ceu Summo Sacrorum Principi, ad omnem nutum me meaque omnia devoveo et ut filius, cum universo Clero, per circuitum ab haereticis — quibus pro

quinto elemento Romanae Ecclesiae odium est — velut indagine clauso, in Paternae providentiae sinum depono. Postremo polliceor, qua prece qua incruenta hostia Divinae Majestati me litaturum, ut suam Sanctitatem Universae Ecclesiae diu com-
modet.

Das Weihwasser und die sonntägliche Asperktion.

(Fortsetzung.)

II. Das Weihwasser im christlichen Alterthum.

6. Als das Christenthum in die Welt eintrat und im Heiden- wie im Judenthum den durch die Zeit und das Gesetz geheiligten Gebrauch des Wassers bei religiösen Verrichtungen vorfand, nahm es denselben mit in sich auf, zumal dieser weder einen specifisch-heidnischen noch einen specifisch-jüdischen Charakter hatte, vielmehr den jedem Menschen von Natur aus angebornen Gedanken der tiefen Ehrfurcht vor der Gottheit zum Ausdruck brachte. „Es kann“, sagt schon Binterim,¹⁹⁾ „keinen Tadel verdienen, wenn in das Christenthum etwas aufgenommen wurde, was das Heiden- und Judenthum ehrte.“ Wahrscheinlich ging dieser den Heiden- und Judenthümern liebgewordene Brauch mit andern durch das Volk ins Christenthum über,²⁰⁾ und die christlichen Oberen hatten keine Veranlassung dagegen aufzutreten, da ja auch das Christenthum eine tiefe, durch die erste Sünde bewirkte Verschuldung des Menschengeschlechts lehrte und eine Reinigung der Seele durch Buße, Sinnesänderung und Lebensbesserung forderte; sodann aber auch, weil Christus selbst bei der h. Taufe das Wasser als äußeres Zeichen verordnet hatte. Bei dieser Ansicht muß aber die Ueberführung des Wassers in den christlichen Cultus schon zu den Zeiten der Apostel geschehen sein, nicht in Folge ihrer speciellen Anordnung, sondern mehr durch deren Gewährenlassen, und vielleicht einer späteren Approbation. Für die Verwendung des Wassers im apostolischen Zeitalter läßt sich zwar kein beweisendes Zeugniß beibringen, was freilich bei den dürftigen Ueberresten der erhaltenen ersten christlichen Literatur nicht auffallen kann, wohl aber eine Tradition aus dem Ende des dritten Jahrhunderts anführen. Wie das römische Brevier zum 3. Mai erzählt, soll bereits der Papst Alexander I. (109—119) verordnet haben, daß das Weihwasser, aqua benedicta, mit Salz vermischt werden solle. Diese Nachricht ist einem diesem Papste beigelegten Decretalbriefe (Epist. I c. 5) entnommen, der von der neueren Kritik unbeanstandet für unächt gehalten und ins dritte oder vierte Jahrhundert n. Chr. gesetzt wird. Soviel dürfte indessen demselben doch zu entnehmen sein, daß man in der Zeit, wo dieser Decretalbrief abgefaßt wurde, das Weihwasser in

¹⁹⁾ Binterim, Denkwürdigkeiten VII. 2. S. 361.

²⁰⁾ Löff, Siturgif II, 544.

die älteste Zeit des Christenthums hinauffchob. Dieselbe Tradition bezeugen auch die Constitutiones apostolorum,²¹⁾ welche ein Formular für die Weihe des Wassers unter der Ueberschrift Matthaei constitutio bringen.

Die ältesten sicheren Zeugnisse über das Vorkommen des Wassers im christlichen Cultus stammen aus dem dritten Jahrhundert. Das erste findet sich bei Tertullian,²²⁾ welcher sagt: „Was ist das für eine Weihe, zwar mit gewaschenen Händen, aber mit beschmutztem Geiste das Gebet zu verrichten.“ Der Zeit nach folgt dann das der Constitutiones apostolorum VIII c. 29 mit der Ueberschrift: De benedictione aquae et olei. Matthaei constitutio. — Aus dem vierten Säculum finden wir bereits eine solche Menge von Belägen, daß man das Weihwasser als allgemein bei allen christlichen Gemeinden verbreitet und eingeführt ansehen kann. So sagt Cyrillus von Jerusalem († 386): „Das Händewaschen ist das Symbol, daß wir uns von allen Sünden und Verschuldungen zu reinigen haben.“²³⁾ Aehnlich Johannes Chrysostomus († 407)²⁴⁾ und Epiphanius († 403).²⁵⁾ Hieronymus († 420) erzählt im Leben Hilarions²⁶⁾ Folgendes: Zu dem Abte Hilarion sei ein Christ aus Italien, dem die Fütterung der Pferde für die Wettfahrten im Circus oblag, gekommen und hätte geklagt, daß seine Pferde durch dämonische Besprechungen steif und langsam, die seines Gegners geschmeidig und schnell gemacht seien. Hilarion habe ihn seinen irdenen Trinkbecher mit Wasser füllen lassen und ihn ihm gegeben. Als der Mann mit dem Wasser die Stallungen, Pferde, Wagen und die Schösser der Thüren besprengt hatte, wurden seine Pferde wiederum gelenkiger und erhielten den Sieg beim Wettkampfe. — Nachdem das Christenthum Cultusfreiheit erlangt hatte und man anfangs Kirchen zu erbauen, bekundet ihre gewöhnliche Einrichtung bereits den allgemeinen Gebrauch des Wassers beim christlichen Gottesdienste. Eusebius von Cäsarea († 338) beschreibt uns die vom Bischöfe Paulinus

neugebaute Kirche zu Tyrus. Aus einem äußeren Säulengange, vestibulum, pronaos, nartex exterior, trat man durch einen oder mehrere Eingänge in der Umfassungsmauer auf einen offenen unbedeckten Platz, atrium oder impluvium, und gelangte von diesem in die an das Kirchenschiff angebaute Vorhalle, nartex interior, welche durch Eingänge mit dem Innern der Kirche in Verbindung stand. Auf dem Atrium befand sich das mit einem Gitter versehene Wasserbassin, von den Griechen *γαλήνη, κολυβαίον* oder *χερσιβόλεστον*, von den Lateinern *cantharus* oder *nymphaeum* genannt, in dem sich die in die Kirche Eingehenden zuvor wuschen.²⁷⁾ Diese hier beschriebene Einrichtung wurde auch bei den anderen christlichen Kirchen beibehalten.²⁸⁾ Als man später das Atrium zur Beerdigung von christlichen Leichen zu benutzen anfang, brachte man das Wasserbassin, zumal an Stelle des Waschens ein bloßes Besprengen Sitte geworden war, in verkleinertem Maßstabe in die Vorhalle und noch später in das Innere der Kirche an die Eingangsthüre.²⁹⁾

7. Das zum kirchlichen Gebrauch bestimmte Wasser wurde frühzeitig entweder vom Bischöfe unter Assistentz eines Priesters oder Diakons, oder auch nur von einem Priester im Beisein des Diakons gesegnet. In Folge dieser Segnung erhielt es den Namen *aqua benedicta* Weihwasser und später auch *aqua aspersoria* Sprengwasser, im Gegensatz zu dem gleichfalls gesegneten Taufwasser. Es wurde anfangs mit Del vermischt, später wurde dazu Salz verwendet. Das älteste Formular für die Wasserweihe enthalten die Constitutiones apostolorum L. VIII. c. 29.³⁰⁾ Andere Formulare stehen in den Sacramentarien, dem Gelasianum (dem Papste Gelasius I 492—497 zugeschrieben) und dem Gregorianum (von Gregor I dem Großen 590—604 gesammelt). Letzteres enthält bereits ziemlich wörtlich das Formular unseres römischen Meßbuches und Rituals, welches noch heute im Gebrauche ist. — Außer diesem mit Salz vermischten Weihwasser kennt die katholische Kirche noch sechs andere Arten von Weihwasser: 1. das mit Del (*oleum Catechumenorum* und *oleum Chrisma*) vermischte Taufwasser, von dessen Weihe mehrere Väter des dritten und vierten Jahrhunderts sprechen³¹⁾ und die Basilius³²⁾ als eine traditionell überlieferte Einsetzung durch die Apostel ansieht. Ein Weihformular

